

1524. & 12. July.

157

Ludovicus Hungariae et Bohemiae rex,
Sigismundo primo regi Poloniae.

48

Serenissime etc. Literas maiestatis vestrae
datas in commendationem spectabilis et
magnifici Stephani de Bathor, alias re:
gni nostri Hungariae palatini, accepim:
us, quibus nos hortatur, ut eum pri:
stino gradui curaremus restituendum.
Est hic magistratus huiusmodi, ut no:
stra quidem auctoritate, sed dominorum
prelatorum ac baronum, totiusque no:
bilitatis interveniente suffragio creari so:
leat, unde fit, ut hunc magistratum,
quem illi ad totius regni instantiam
ademinimus, sine eiusdem regni consen:
su restituere nequeamus. Et quamvis
nos quoque moveat casus hominis,
praesertim cum sciamus hanc illi ca:
lamitatem communem cum illustri con:
iuge accidisse, inter quos ope et au:
thoritate maiestatis vestrae, hoc maximo:
rium fuerat conciliatum, publicam ta:
men regni nostri libertatem, cui tuen:
da ac retinenda solenni iuramento su:
mus adstricti, nostro desiderio cogimus
anteponere. Nihil itaque est certi, quod
maiestati vestrae de hoc negotio in pra:
sens possimus respondere aliud, quam
quod

quod propediem conventum regnicolis no:
stris generalem indicamus, in quo in:
ter cetera que tunc proponuntur agen:
da, huius quoque petitionis maiesta:
tis vestra recordabimur, et quidquid de:
liberatum de ea re fuerit, faciemus ma:
iustatem vestram certiore, cui nos o:
mnibus in rebus uti patris colendis:
simo gratificari, pro virili nostra sem:
per studebimus, et eam valere optar:
mus felicissimam. Datum Buda die
duodecima Julij, anno Domini millesi:
mo quingentesimo vigesimo quarto, re:
gnorum vero nostrorum anno nono.